UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Sanctuarium Dei. Tabernaculum sui Creatoris. Tabernaculum fœderis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46853

Visual Library

Se naſcens dedit ſocium,
Conueſcens in edulium,
Se moriens in precium,
Se regnans dat in præmium.

Ideo & nos eidem Deiparæ immortales gratias agamus, habeamusque hoc nomine, quod Chriſtum noſtrorum ſcelerum pretium, noſtræ refectionis cibum, noſtræ gloriæ præmium ex ſuo ſacratiſſimo vtero in omnium
S. Anton. vtilitatem protulerit. quod S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 17. § 4. agens de Miſericordia, quam Deipara hominibus exhibuit, non minus piè, quàm verè his verbis docuit: *Maximum etiam effectum miſericordiæ nobis impendit, quia nobis miſeris, & captiuis. & mendicis dedit filium ſuum Deum; Captiuis in pretium; famelicis in viaticum; laborantibus in præmium; infirmis in medicamentum, & cum ipſo dedit nobis regnum cælorum. & omne bonum.* Hæc S. Antoninus: quæ cùm ita ſint, excla-
Cant. 4. mare poſſumus, ac Deiparæ dicere: *Hortus concluſus; fons ſignatus, Emiſſiones tuæ Paradiſus.*

FONS LVCIS.

37 *Vrigo dicitur Fons lucis.* HÆC eſt fons lucis, de quo Eſther 10. *Paruus*, inquit, *Fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, ſolemque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit.* & ita eam
Eſther 10. vocant Epiphanius oratione de laudibus Vir-
Epiphan. ginis, Heſychius homil. 2. de S. Maria; & Chry-
Heſychius ſippus homil. de Deipara; & Damaſcenus orat.
Chryſipp. 1. de Natiuitate Virginis. Methodius oratione
Damaſc. in hypapantem. Epræm oratione de Deipa-
Method. ra, quorum verba cap. 21, vbi de hoc plenius
Cap. 21. agetur, referemus.

COELVM DOMINI.

Virgo Cœlum Cœli Domino. HÆc Pſal. 113 dicitur: *Cœlum Cœli Domino*, Cœlũ enim appellatur à S. Iaco-
Pſalm. 113. bo in Liturgiâ à Chryſoſtomo ſerm. de laudib.
S. Iacob. Virg. & Epiphanio ſerm. de laudib. Virg. & ab
Chryſoſt. aliis vt diximus ca. 3. vbi copiosè oſtendimus,
Epiphan. qua nam ratione Deipara cœlum appelletur.

SANCTVARIVM DEI, TABERNAculum ſui Creatoris, Tabernaculum fœderis.

Exod. 15. HÆc eſt Sanctuarium Dei Exod. 15. Ta-
Ecclеſ. 24. bernaculum ſui Creatoris Eccleſ. 24. Ta-
Virgo dicitur San- bernaculum fœderis Exod. 31. factum iuxta exemplar in monte monſtratum: *Quando* (vt verbis vtar Bernardi) *Patribus cœlitus promiſſa, & myſticis præfigurata miraculis, oraculis fuit prænunciari propheticis* S. Athanaſius ſerm. *ctuarium ac Tabernaculum Dei item tabernaculum fœderis* de Deipara dicit: Verbum in ea ſuum Tabernaculum poſuiſſe. Andreas Cretenſis ſanctiſſimum Verbi omnium Creatoris Tabernaculum eam appellat. Chryſoſtomus orat. de Annunt. Sanctuarium Dei paratum vocat, & *Exod. 31.*
Habitaculum diuino Verbo dignum. Damaſ- *Bernard.*
cenus orat. 1. de Natiuit. vocat viuum, & ratio- *Athanaſ.*
ne præditum Dei Tabernaculum, de quo *Andr.*
Pſalm. 45. *Sanctificauit Tabernaculum ſuum* *Cret.*
Altiſſimus. Idem orat. 1. & 2. de dormit. eam *Chryſoſt.*
Tabernaculum illud vocat, ex quo vita prin- *Damaſc.*
cipium duxit. Similiter & Georgius Nicom. *Pſalm. 45.*
orat. de oblat. vocat Tabernacalum, quod eſt *Georg.*
capax eſſentiæ immaterialis, quod noſtrum, *Nico.*
quod ceciderat, erexit Tabernaculum. Augu- *Auguſtin.*
ſtinus lib. de Aſſumpt. D. Thomas 3 par. q. *S. Thom.*
27. art. 2. argum. ſed contrà, de Virgine expo-
nit Pſal. 45. *Sanctificauit Tabernaculum ſuum* *Pſalm. 45.*
Altiſſimus, & Pſalm. 18. *In ſole poſuit Taberna-* *Pſalm. 18.*
culum ſuum. Arnobius in Pſalm. 14. Damaſce- *Arnobius.*
nus verò oratio. 1. de dorm. vult eam figura- *Damaſc.*
tam in Tabernaculo Abrahæ; loquens enim *Virgo figuratur in Tabernaculo Abrahæ.*
cum Virgine: *Nam Tabernaculum*, inquit, *Abraha te apertiſſimè indicabat: etenim verbo diuino in ventre tuo tanquam Tabernaculo habitanti, humana natura ſubcinericium panem, hoc eſt ſui primitias, ex puris tuis ſanguinibus obtulit* *Geneſ. 18.*
à diuino igne quodammodo coctas, panemque effectas, atque in diuini ipſius perſona exiſtentes, & ad veram corporis animati anima rationali, atq; intellectuali ſubſtantiam venientes. ita Damaſcenus. Idem orat. 1. de Natiuit. *Cedat*, inquit, *illud ſpiritus Tabernaculum, quod Moyſes in deſerto ex pretioſa, atque omnis generis materia conſtruxit, atque etiam ante iſtud Patris Abrahami Tabernaculum viuo, & ratione prædito Dei Tabernaculo. Hoc enim non actionis duntaxat, ac potentiæ diuinæ conceptaculum fuit, verùm eſſentiæ ratione ipſiuſmet perſonæ filij, ac Dei.* ſic Damaſcenus. Huic Tabernaculo optimè cõ-
uenit illud, quod de Eccleſia dicitur Iſa. 4. *Et* *Iſa. 4.*
Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluuia: In Deipara enim tutiſſimum perfugium habemus ab æſtu tentationum, omniq;
alia periculorum procella, iuxta illud Pſalm. *Pſalm. 26.*
26. *Quoniam abſcondit me in Tabernaculo ſuo, in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.*